3

LA

FEDE TRIONFATRICE

IN S. PIETRO

PRINCIPE DEGLI APOSTOLI

Encomiata con una pubblica Accademia data a 29 Giugno

DAGLI ALUNNI DEL SACRO SEMINARIO DIOCESANO

DI SANSEVERO.

Dedicata a S. E. Reverendissima

MONSIGNOR D. GIULIO DE TOMASI

DE' MARCHESI DI MONTANARO, PATRIZIO CAPUANO, E VESCOVO DELLA STESSA DIOCESI.





IN NAPOLI

Stabilimento tipografico dell' Aquila.

Largo Trinità Maggiore num. 1.

1834.





« *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum*
» *sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit,*
» *et nihil impossibile erit vobis* ».

Matt. cap. XVII. v. 19.







A S. Ecc. Rev.

MONSIGNOR

D. GIULIO DE TOMASI

DE' MARCHESI DI MONTANARO, PATRIZIO CAPUANO,
E VESCOVO DELLA DIOCESI DI S. SEVERO.

Eccellenza Reverendissima

Oso io, qual Rettore del suo Sacro Seminario Diocesano, dedicare all' E. V. R.ma un secondo parto *letterario ottenuto dagli Alunni del detto suo sacro Seminario, in occasione della Festività di S. Pietro, Principe degli Apostoli, e Capo visibile della Chiesa Cattolica, Apo-*

* Si allude ad un' altra Accademia tenuta nella ricorrenza del passato S. Natale.

stolica Romana da G. C. fondata. Accolga l' E. V. R.ma di buon grado una tale dedica, come quella, che parte da un cuore tutto tutto divoto, mentre la prego altresì di compartire non solo a me, ma anche a' cennati Alunni la pastorale benedizione.

Divotissimo Servitore
ANGELO RAFFAELLO DE' CIONI.

APERTURA

I.

Canti chi vuol su bellicosa tromba
Duci dell' armi i formidati Eroi ,
Lo cui nome temuto oltre la tomba
Terribile pervenne in sino a noi ,
Ed orni il crin di sanguinosi allori
Tra gl' incendii , le stragi , e fra gli orrori.

2.

Ed altri al suon della melliflua lira ,
Vago di quel piacer , che 'l mondo apprezza,
Canti le gioje , che fallace inspira ,
Dei sensi ceda alla funesta ebbrezza ,
E nuovo Orfeo, novello Anacreonte
Intrecci roseo serto alla sua fronte.

3.

Ed altri mosso dalle ingorde voglie
Di aver onori, e accumular tesoro,
De' grandi faccia risonar le soglie ,
Servili omaggi tributando loro ,
E coroni d'indegne , e compre lodi
I vizii rei , le fellonie , le frodi.

4.

E sian lor Numi e Giove, e Apollo e Marte,
E Venere, e Cupido, e' gli altri Dei,
Che no esaltar non ponno in le lor carte,
Senza mostrarsi e miscredenti, e Rei,
Ben altro il suono, sia ben altro il canto
Ben altra Musa invocherem frattanto;

5.

Quella non già, che in Pindo, e in Elicona
La fronte cinge di sognate palme,
Ma quella che ha di stelle aurea corona
La sù nel Cielo in fra le beate alme:
Quella che al gran Torquato spirò i carmi
Degni d'esser sculti in bronzi, ed in marmi.

6.


Sì tu, Vergin Jessea, deh tu ne accendi,
E celestiale ardor tu spira ancora;
Tu che del Ciel Reina, in Cielo splendi
Qual Astro matutin in fra l'Aurora,
Che del tuo figlio militando a gloria
Cogliesti palma d'immortal vittoria.

7.

Ma qual sia mai de' nostri carmi obbietto ?
Il dì solenne bene a noi lo addita ;
Degli Apostoli il Prence , il prediletto ,
Che in croce diè pel suo Signor la vita ,
Sì quello noi celebrerem festivi ,
In fra i divoti cantici votivi.

8.

Così benigno a noi l' orecchio presti
Questo saggio piissimo congresso ,
Mentre il Prence degli Eroi celesti
Ne impetri di salir a lui dappresso,
E di alternarne fra l' eterno riso
I cantici di lode in Paradiso.



ORATIO.

Quod moris ubique gentium, quae quacumque aetate ac saeculo bene instituta in Republica vixerunt, summam semper ad gloriam, et ad maximum redundavit emolumentum; illud profecto fuit, Excellentissime Praesul, Auditores Praestantissimi; ut quae pubes in ingenuarum artium studiis imbuenda instituitur, aliquas tenuitatis suae lucubrationes in lucem apertumque edere identidem et proferre iuberetur. Ita enim et quem sibi quisque aditum in studiorum penetralia reseraverit, facile erit cuique pernoscere: et, dum virtus merita rependitur mercede, Giganteo velut pede currentes qui laude decorantur, incoepto in curriculo ad progrediendum redduntur alacriores; aliique his exemplis, quibusdam veluti stimulis, incitati, qua pronior expeditiorque via se dat, quod in illis approbari, darique gloriae cernunt, imitatione sua prosequi adiguntur. Quae cum ita se habeant, ut ne a tam sapienter institutis ne latum quidem unguem abscedere videamur, quod aliud argumentum e re nata pertractandum erat nobis proponendum, quam ut illius a laudibus, qui a Christo Jesu Domino, nostro et Redemptore Ecclesiae suae fundamentalis est lapis constitutus, has exordiamur exercitationes? Tuum inde erit, E. P., ut nos spartam hanc auspiciis tuis ingredientes, qua soles facilitate et clementia, in fidem tuam recipias. Benignitati quoque vestrae confidimus, P. A., qui decus huius estis et ornamentum Civitatis, ut nobis, qui vix adhuc ingenuarum artium limina salutavimus, favore vestro animos ad-

dere non dedignemini ; tantum abest , nobis ut sufficiat , si exiguitates nostras excusatas habueritis. In arenam itaque omnium primus descensurus, Divi Petri laudes conabor pertexere , praecipuis ab eius virtutibus , fide scilicet , et caritate argumenta desumens , quae illum Supremo , Essentiali , Invisibilique Ecclesiae Capiti , Christo Iesu , dignum reddidere , ut altissima super omnes alios Apostolos Primatus dignitate fastigioque collocaretur. Quandoquidem vero Divi Petri laus cum Ecclesiae gloria ad saeculorum consummationem usque duraturae , ita cohaeret et adnectitur , una ut ab alia divelli nequeat et seiungi; orationis huius initia altius erunt mihi repetenda. Adeste quaeso animis , A., ora et vestra tenete intenti.

Iam providentissimus Servator noster Christus Jesus , quem caput super omnem Ecclesiam Deus dedit , Christus , inquam , primogenitus ex mortuis , in omnibus primatum tenens , sacramentum salutis nostrae , quam pretio Sanguinis sui aestimavit, impleverat. Vix ut passione sua vincula ille rupit mortis , quae vim suam in eum , qui peccati erat nescius , incedendo perdiderat ; in virtutem infirmitas , mortalitas in immortalitatem , et in gloriam pertransivit contumelia. Tempus iam advenerat , ut ad eum , qui ipsum miserat , reverteretur , triumphum illum victoriae , quem a mortuis reportarat , et in Coelis illaturus. Licet ergo super omnes coelos , videntibus Discipulis , elevatus , excellentius , sacratiusque innotuit ; et quamquam in Paternae maiestatis gloriam se recipiens , ineffabili modo coeperit esse Divinitate praesentior : humanitate tamen satis satisque evadebat ipse longinquior. Quid interea faciet ? Si ea specialissima caritatis praerogativa perditum humanum genus dilexit , ut Iudaeis pietatis impedimentum , Paganis videretur ille idem stulti-

tia , eo quod factus sit pro nobis maledictum, omnium crimina in se uno portans : Ecclesiae suae Ministeriale Caput relinquere , visibile , et externum , qui primatu honoris ac iurisdictionis in tota Ecclesia etiam super omnes ceteros Apostolos gaudens , vicariam sibi opem in terris praestaret , infinitae Sapientiae suae esse iure merito existimavit. Etenim si Divinum est ordinis perfectionem in omnibus constituere ; dubitandum non est , quin in Ecclesia ordinem longe perfectissimum Christus collocaverit. Quae imperfecta sunt, magno sunt in numero : quae vero egregia , pauca. In Regno plura sunt statuum genera ; sed , ut plurimum , Princeps est unus , sine quo ruere posset Respublica , quippe quae gubernaretur a pluribus , quorum sententiae saepe pro singulorum commodis abirent in diversa. Ita et in Ecclesia , cuius Monarchicum est regimen , alii dantur genera linguarum , alii interpretatio spirituum ; quosdam dedit Deus Doctores, alios Prophetas ; unum tamen Caput est Visibile. Non omnia possunt omnes : alius in Ecclesia oculus est, alius lingua , alius pes , alius manus. Deus unus est , et una Ecclesia , et Cathedra una voce Domini fundata.

Quod si ita rem se habere , nemo , nisi rerum omnium ignarissimus , potest ignorare ; cui quaeso succollanti onus hoc imponatur ? cuinam Scrutator ille cordium partes has adimplendas committet? Summa plane omnia et Divina in eo requiruntur , qui clavum in navi teneat Ecclesiae, cuius arbitrio pandatur Coelum , et qui super omne dignitatis fastigium evectus, Dei personam inter homines sustineat, cuius vita denique ceteris sit exemplo , voluntas pro lege , vox pro oraculo futura. A cupiditatum suarum illecebris erant gentes retrahendae : Iudaei tantum aberant , ut Prophetarum vaticiniis in Chri-

sto impletis adquiescerent, ut, qua valebant vi, qua et arte, nullis maledictis, calumniisque parcerent in Christi Evangelium: Reges, gentesque omnes adversus illud concitabant. Unus Petrus fundamentum sat ingens ad tantum hoc aedificium sustinendum suppeditavit. Unus ille a Christo Jesu dignus agnoscitur: « pasce oves meas, pasce agnos » huic uni ait Christus: oves, scilicet Apostolos, Episcoposque Successores; agnos, idest populos. Et sane Petrus fide, et caritate, quae altissimas in corde suo defixerant radices, ceteros Apostolos omnes longo post se relinquebat intervallo. Aequum ergo erat, uni ut huic primatus, et praeeminentia in omnem Ecclesiam tribueretur. Licet enim indubium est, neque volentis, neque currentis esse hominis, sed solius miserentis esse Dei: nihil tamen obstat, quominus cum Hieronymo dicere possimus, primatum hunc, Petri meritorum fuisse mercedem.

Et re quidem vera si Petrum in piscationis labore, A., intueamur; deprehendemus in illo Abrahae fidem: Jesu Christi verbo Petrus credens, in spem inducitur contra spem maximam, piscium videlicet capturam faciendi, postquam tota nocte laborans nihil prendiderat. Vix ut ei, qui una cum fratre erat, Jesus « venite, ait, post me; faciam vos fieri piscatores hominum »: primus Petrus generosa illa verba protulit « ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te »; naviculam primus ille, retia, quamque aliam poterat habere spem, reliquit, Dei ut Filium liberius sequeretur. Si illum in mari consideremus, super aquas incedentem, et de elementi huius inconstantia, fidei constantia triumphantem, quisne quaeso fuerit negaturus, Petri non corpus, sed fidem supra aquas ambulasse? Quod si in medio cursu dubitare ille coeperit et timere, ne mergeretur; eminentius tunc ipsius fides

eluxit: in periculo enim exclamans « Domine, salva me » ostendit Petrus de viribus suis se diffidere, non autem de potestate ambigere Christi Jesu, quem invocat, ut verbo fluctus maris placet et mulceat. De se diffisus est, et non de Deo dubitavit.

De excelso sapientior factus Petrus, cum quis Christus esset, interrogaretur, primus omnium « tu es Christus, inquiens, Filius Dei » Christi Jesu Divinitatem detexit sub humanitatis integumento: penetrat aeternae nativitatis ipsius secreta, Divinaeque Personae proprietates; quodque in Coelis facie ad faciem Beati vident, in terris Petrus primus confitetur. In sinum Patris ingreditur, velut Joannes; et antequam diceret Joannes « in principio erat Verbum »; vocibus aeque validis ac perspicuis « tu es Christus, inquit, Filius Dei Vivi ». Detegit primus quod nondum alii detexerant. « Apostolica fides, ait Hieronymus, nunc primum in Christo Divinitatis naturam agnovit, eisque sua communicans lumina, efficit, ut per os suum loquantur; et ipse fit illorum interpres ». Petrus primus in terris fidei facem accendit ad Salvatoris dignitatem; hunc ergo alii sequi debent, et ducem agnoscere. Quis enim alios in ignotam regionem potest melius deducere, quam qui primus illam detexit? Quisnam potiore iure, absente iam Rege, regno praefici potest, quam qui minutissima quaeque Regis sui, Regnique negotia habet explorata? Iure ergo eodem tempore, quo Discipulus hic confitetur Magistrum suum Messiam esse, et Dei viventis Filium: Messias ipse, et Filius Dei viventis, ut advertit Hilarius, in tantae fidei praemium Apostolum constituit illum eorumdem Apostolorum: hos enim primus ille tantam edocuit veritatem; nam ex illa Petri confessione reliqui pro Deo habere Jesum incoeperunt. O eximia Petri confessio, quae

illius gloriae est cumulum additura! Admirabilis fides, obsequii plenissima, quae initium datura est ipsius Petri super omnes mortales praeeminentiae et dignitati. Audit enim a Jesu: « Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam ».

Ne vero censorio quis supercilio Petri fidem aestimans, hanc nubecula, quadam vel caligine per trinam ipsius in Caiphae Praetorio negationem offundi posse arbitretur; operae pretium est, A., animadvertere, Divinam ideo Sapientiam totum illud permisisse, ut suis inde viribus pavescens Petrus, forma gregis factus ex animo, populorum Magister et Rex non prudentissimus solum, sed numeris et omnibus redderetur absolutus: veluti arca Foederis, quae dum e domo Abinadab in Obededom domum transferretur, nutavit; iumentisque labentibus, prope fuit, ut et ipsa rueret decideretque: attamen ex Divo Gregorio non pendebat arca, nisi ut validius confirmaretur. « Inclinatio haec fortitudinis « erat, ait ille, et tamen casus videbatur imperi- « tis ». Et, ut vera fateamur, quem laborem, quam aerumnam, quod periculum Petrus inde effugit, Christi ut fidem profiteretur, et patefaceret? Librum Actuum Apostolorum, A., scrutamini: licebit illic summa cum voluptate sancto frui, iucundoque spectaculo. Non sine admiratione fas est legere, cor istud ignavum plenum inde effectum constantiae, linguam illam timoris mancipium, plenam inde libertatis, efficere, ut qui paulo ante trepidaverat, ne a Iudaeis una cum Iesu morte afficeretur, terreat inde Iudaeos; non exiguum eorum convertat numerum, eosque, qui vitam abstulerant Salvatori, efficit paratos, ut propter huius confessionem sibi et ipsi vitam eripiant. At quid plura? De Centurionis fide verba faciens Servator ipse, tan-

tam ait fidem se in Israel non invenisse. Chananaea, magna, audiit a Jesu ipso, est fides tua. Quandoquidem Abraham verbo Dei credidit, contra et spem speravit, fidele praebens fidei suae testimonium; posteritatem suam meruit a Domino super numerum stellarum multiplicari, illamque ita stabiliri, ut omnia in saecula subsisteret, ita et extendi, ut universam repleret terram. Ergo si Petri fides palam extollitur, probatur, maximisque laudibus ornatur a Salvatore; si non unius tantum populi, ut Abraham, caput fit Petrus, sed totius Ecclesiae, quae populos omnes, gentesque complectitur, extendens ipse ditionem suam ad utrumque terrae cardinem; et si tanta merces Petro venit ob sui ipsius fidem, ut ab eodem Salvatore audivimus testari: quisne tam vecors, tamque impudens queat inveniri, qui Petri fidem eximiam praedicare, nulla et nota inuri illam posse, sit negaturus?

Quod si tanta Petri est fides, qualis et quanta non erit eius erga Christum et caritas? « Quid » magnum, inquit Augustinus, si dicas Christum » Filium Dei? Hoc dixit Petrus, et audivit: Bea» tus es Simon Bar-Iona; hoc dixerunt Daemo» nes, et audierunt: obmutescite. Daemones hoc » dixerunt timendo: Petrus amando ». Et re quidem vera fidem qui habet ita ut montes transferat, caritatem autem non habet, ut de seipso Paulus testatur, aes ille est sonans, cymbalum est tinniens. Fides enim omnium virtutum est fundamentum: caritas vero illarum est cumulus, atque perfectio « maior autem horum est caritas ». Perficit amor, teste Augustino, quod fides incoeperat. Fides agit per amorem, et amor fide confirmatur. Petrus quia Jesum diligit, a Jesu vocatus, Jesum credens, Jesum illico sequitur. Quia huius summo ardebat amore, primus ille Apostolorum paupertatem pro-

fitetur. Intueamini, A., cor illius; eadem generositate, qua humile tectum, aedes et magnificentissimas Petrus nimia Christi caritate incensus dereliquisset; aeque celeriter quodlibet aliud amplissimum facinus, ac piscationem suam: Dei et Filio, qui intus et renes et corda scrutatur, aeque acceptus fuit Petrus, ac Matthaeus, qui cum ad telonium sederet, ad Christi vocationem multo plura contempsit; propterea quod Matthaeus affectu et voto maiora Petro nullatenus abiecit et dereliquit. Quia Iesum diligit Petrus, ubi de illo audit verba fieri, omnium maxime sollicitus est et ardentissimus. Vix ei ait Joannes « Magister adest », audistis iam, A., in mare statim illum prosilire, quin ullum reformidet periculum, quin navim sinat ad litus accedere. Scire ei satis est Magistrum adesse, ut se in fluctus proiiciat. Fidei ardor, et amoris excessus efficiunt, ut periculi obliviscatur: praestat fides, ut Magistri sui Divinitatem agnoscat; impellit amor, ut, qua brevior via est, licet periculosior, ad illum contendat. Petri caritas erga Iesum sapiens erat, fortis, et ardentissima. Ter inde interrogavit eum Jesus, utrum se diligeret, dilectione videlicet adeo flagranti, ut amantissimam haberet ovium suarum curam, adeo sapienti, ut has easdem ad recti normam moderaretur, adeo forti strenuaque, ut si opus esset, vitam et pro ipsis impenderet. « Tu scis, Domine, respondit Petrus, quia amo te, scis, inquiens, adeo me generosa prosequi te dilectione, ut praeferam te amicis, cognatisque, ut et ipsi mihi te praeferam, et pro te quodcumque volueris, en praesto sum, ut compleam, et perficiam.

O caritatis merces! o dilectio, quae, quia fortis, ut mors, quem obicem inde, quae repagula non disrupit? qualem unquam gestarum rerum gloriam non excessit? Primus Petrus ingreditur in

Christi sepulchrum ; primus loquitur de Christi resurrectione , gloria , et Divinitate apud caecas et infidas mentes. Vix fidei fulgore a Spiritu Sancto imbutus, ante alios e coenaculo egressus, pro omnibus locutus est ; et fide plenus, caritateque succensus , pro Jesu impavidus , Jesum ipsum , licet Crucifixum , Filium esse Dei Vivi coram illis praedicavit , qui eum morte affecerunt. Fidem vero Evangelii, peragrata Iudaea , ad barbaras etiam gentes allaturus , Ponti , Galatiae , Cappadociae , et Bithyniae regna perlustrat ; et septennio , quo sedem habet Antiochiae , omnem nascentem Ecclesiam animat , alit , roborat , et auget. Non vis, non instantium tyrannorum vultus , non aculei, non verbera , non ignis ferventissimam eius caritatem deterrere potuerunt. Dum inhibetur Hierosolymis Christum praedicare ; obtemperare se Deo respondit ille, hominumque imperia Dei mandatis obstantia contemnere ; facere se non posse , quin veritates, quarum erat testis , annunciet. Qua virtute , interrogatus , tot patraret miracula , Christum ait illorum esse auctorem. Herodes , ut Iudaeis morem gerat , illum detrudit in carcerem ; e quo Angelus inde liberum dimisit, postquam catenis, quibus idem ipse obruebatur, solvit , et infregit. Eo in Christum ardore in Ierusalem Petrus aestuabat , ut millies ibi pro Iesu vitam profunderet. Attamen satis illustris Ierusalem iam erat; Redemptoris morte fuerat illa decorata ; Oriensque totus satis iam erat felix, utpote Christi ipsius irrigatus sanguine. Perge ergo, Petre ; quandoquidem alibi te manet mors : fortitudine lumbos accinge tuos; Paganorum saevitiam, Neronis ne perhorrescas crudelitatem. Roma , Occidentalis plagae domina et regina, idololatriae fons, perennis et scatebra , inhonestissima Babylon illa, te expectat , sanguine ut tuo offundatur , et inun-

detur: Quae caput est erroris, caput est per te religionis efficienda. Advola, Petre; illic quam plurimis contra Inferni potestates praeliis superatis, multis animarum millibus Evangelii luce perfusis, post tot et tantos, quos per quinque illic lustra exantlaveris, labores, quae crux Magistro tuo, eadem et tibi triumpho erit splendidissimo, valde et amplissimo. Haud alio modo res fuit, A: Petrus victima fidei, victima caritatis erga Salvatorem mortem cruci adfixus subiit; diverso tamen corporis situ a Redemptore: ferre Magistri poenam Petri exoptavit generosa et ardentissima caritas; nullatenus autem ausa haec eadem est, illius ut triumphum sat satisque nobilissimum adaequaret.

Apostole vere digne, qui in Ecclesiae aedificio fundamentum esses, cui illud incumberet, columna, quae illud sustineret, et clavis, quae illius aditum reseraret! Crux Salvatoris vitam dat Ecclesiae; crux tua opus est, hanc ut tueatur; sanguis tuus, decet, firmissime hanc ipsam ut consignet, quemadmodum illius sanguis eidem attulerat initium. In Urbe terrarum orbis principe et domina gloriosum est sepulcrum tuum, ut Christi tumulus in Jerusalem. Quae in Capitolio arx erat, funditus iacet eversa: ex templorum ruderibus sat tibi magnificentissima erecta Ecclesia est, et posita: inanium Deorum, et Caesarum simulacris prostratis et eiectis; horum in sedem Piscatoris, qui tu es, illic in Vaticano stemmata, nomen, et imago fulgent et adorantur. Quam habuisti potestatem, naturae ut universae imperares, umbra tui et corporis morbos quosque eiiceret; tua, ut hominis peculiaris, tota quidem est. Quam vero creditam habuisti supra Christi gregem, et agnos, ob influxum, quem hos in omnes habuisti acceptum, per te venit Successoribus tuis. Supremis Pontificibus;

illam ita ad saeculorum consummationem perennans, ut auctoritas omnis, quanta quanta cuncta in Ecclesia est, quae quidem maxima est, nonnisi ex unione, quae cum tui unione intercedit, promanet, et effluat. Super te petram, Petre, aedificata Ecclesia, impulsa plaries, eversa nunquam. stat, stetit, stabit, Ecclesia, inquam, mons praeparatus domus Domini in vertice montium, elevata super omnes colles, et fluunt ad eam omnes gentes.

Fidem in Christum, quae per te coepit, dilectionem, qua Christum ipsam prosequebare, et pro quibus fundamentalis es petra constitutus ab illo, qui ex Bernardo licet sit sine praemio diligendus, sine praemio tamen non diligitur, in nobis eia tu confirma, tu quaeso, Petre, adauge. Et si pollicitus es dare operam et frequenter habere nos post obitum tuum, gressus tu nostros dirigere ne dedigneris: propterea non timebimus, dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris.

GESÙ, CHE INVITA S. PIETRO

A LASCIARE LE RETI, ED A SEGUIRLO

veni sequere me . . . . .

ESPRESSIONI APPROPRIATE.

Fermati, o Pietro, ah ferma. E dove il passo
Volgi, e tu al mar ti affidi entro l' orrore?
Vè, che dall' erto colle in cima al sasso
Ti attende Gesù il tuo Divin amore.
Ferma. Perchè del Trino sol un raggio
Evangelica luce a te conceda,
Senza che in ver si scorga altro messaggio;
Vuol, che diventi un cacciator, non preda.
Del gran Verbo Divin senti la voce,
Che benigno, chiama, e dice, io son quello,
Che qual vittima esangue al Padre in Croce
Io mi offro ancor per te, qual muto agnello.
Per castigo ben degno all' uom prefisso
Serro le porte all' orroroso Inferno,
E per salvarlo in duro tronco affisso
Pago dell' uom le colpe al Nume Eterno.
Non ricusar del Redentor l' invito,
Per la Patria celeste, io ti ho creato;
Deh non senti pietà d' un Dio ferito,
Che abbracciarti promette anche inchiodato?
Dall' abisso del nulla io pria ti estrassi,
Senza che in te scorgessi ombra di merto,
Gratuito dono, onde alla gloria vassi,
T' insegna la mia grazia il calle aperto.

La bell' alma tua, che pur troppo amai
 Sangue mi chiede, e tu mi sei nemico?
 Nò, nò, vieni alla fede. È tempo omai
 Di lavar col sangue il tuo fallo antico.
Non paventar di stige insidie, o danni,
 Ove del giusto il difensor son io;
 Non val, che sii nel mondo in mar d' affanni,
 Pensa che a'tribulati assiste un Dio.
Ben lo sa Giob il mio fedel, che visse
 Specchio quaggiù della miseria umana;
 Davide pur lo confermò, che scrisse
 Come la destra mia ferisce, e sana.
Tu con sì raro esempio il cor traspianta
 Dal basso mondo, in su l' Empirea sfera
 Per un lungo gioir là godi, e canta,
 Per un breve patir quí canta, e spera.
Se chi d' ostro ha le fascie, e d' or la cuna
 Un giorno ha pace, e un altro giorno ha guerra,
 Sappi sol che ubbidiente è la fortuna
 De' miei comandi esecutrice in terra.
Semina nell' arena, e zappa l'onda,
 Gli arcani miei chi a penetrar si avanza.
 Felice è sol chi a me confida, e fonda
 Tutta nel mio voler la sua speranza.
Guarda il premio immortal, che non ha fine,
 Ed ogni altro desio il cor discaccia.
 Vuoi le stelle calcar? Calca le spine
 Al Cielo aspira, e la mia croce abbraccia.

TU ES CHRISTUS EC.

FORZA DELLA FEDE.

I.

Fede chi sei dimostrami,
Donde discendi, e quale
È il tuo signor, rischiarami;
A che agitando l'ale
Miri! nel tuo seren
M' insegna di che allegrisi
Chi ti raccoglie in sen?

2.

Che sei! da tanti secoli
Nol mostri sempre a noi,
Ne'raggi tuoi vivissimi
Ne' cari figli tuoi?
Adombra forse un vel
Che è il tuo signor l'Altissimo,
Che vieni tu dal Ciel?

3.

Allor che a pro de' miseri
Il divo Redentore
Scese fra noi per rendersi
La Vittima d'amore;
Non dimostravi tu,
Che sei, che puoi ne' vividi
Raggi di tua virtù?

4.

Pietro per te le labbia
Sciolse a que' sommi accenti,
Che alfin ah! si convincere
Tutte dovean le genti:
Così per te parlò,
Che 'l tuo Signor di etereo
Sorriso sfavillò.

5.

Ah! che non sei diceagli
Pietro, l' antico Elia,
Nè qual altri ti credono
Giovanni, o Geremia;
Ma il presagito se'
Di Dio figlio Unigenito,
Che addita a noi la fè.

6.

Oh quanto volle esprimere
Egli in que' brevi accenti!
Di tanti vaticinii,
Di tanti voti ardenti:
Ei confessava allor
L' oggetto caro, ed unico
Nel suo Divin Signor.

7.

Ed oh! che inesauribile
Di grazie fonte ei bebbe
Allora; ed oh qual gloria
Alla sua gloria accrebbe
Il sommo Rè de' Rè,
Che dalle sedi empiree
Le chiavi alfin gli diè.

8.

Tu Pietro sei, tu stabile
Base sarai del Tempio,
E potrai l'alme sciogliere,
E trar di speme ogni empio.
Un semplice mortal,
Un figlio della polvere
Giugner potea a tal!

9.

Si del Divin Pontefice
Vicario alfin successe,
E nelle vie santissime
Del suo Maestro ei resse
Le genti allo splendor
Di quella fè purissima,
Che gli fu duce ognor.

S. PIETRO

PASSEGGIA SU L' ACQUE.

I.

CHI sia quel che sull'onde passeggia,
E non teme le furie de' venti,
E su i flutti commossi grandeggia
Mentre preme quei flutti col piè?
È il signor degl' irati elementi:
Lo ravviso; mel dice la fè.

2.

Quello egli è, che pur dianzi nutrìa
Nel deserto la turba seguace,
Che di nulla curante l' udìa,
Onde a quella egli grato mostrò,
Che ove splenda di fede la face
Della grazia la fonte sgorgò.

3.

Quello egli è, ch' eccitò la tempesta
Per mostrare a' discepoli suoi,
Che se Dio non l'assiste non resta
Al mortale, che un vano voler:
E ben quelli si accorsero poi
Che in Dio solo risiede il poter.

4.

Se ne accorsero allor che gemea
Flagellato = quassato da' flutti
Il battel, ch' or sospinto parea
Fino al Ciel, e in abisso d' orror
Giù piombar, e sommergerli tutti
Quando alfin loro apparve il Signor.

5.

Loro apparve, ma quelli in oblìo
Di sè stessi dier timide grida.
E il signor . . . Non temete, son' io ...
Ed allora fra tutti il primier
Chi mostrò, che in suo cuore più annida
Viva fede? Fra tutti fu Pier.

6.

O Signore, se quello tu sei
Dammi un cenno, e verrò camminando
Sovra l' onde; nè appena a lui quei
Disse vieni, che Pietro balzò
Giù nell' acque, ed in cui passeggiando
Al Divino Maestro ne andò.

7.

Ma perchè di pallor si ricopre?
Perchè quasi dall' onde travolto?
Il Signor, che l' interno discopre
E di fede il vedea vacillar,
Gli mostrò che a Dio sempre rivolto
In Dio sempre dee l' uomo fidar.

8.

O Signor, disse Pietro, mi aita,
E 'l Signor gli distese la mano;
E con voce al rimprovero unita,
Perchè disse mancasti di fè?
Chi vuol sempre l' ajuto sovrano
Non mancar mai di fede non dè.

9.

Oh! felice colui che respira
Della fede a' vivissimi rai!
Santo Eroe, per cui solo m' inspira
Questo giorno indicibile ardor;
Pura fede m' impetra, nè mai
La sua fiamma si estingua nel cor.

10.

E prodigio sarà della fede,
Che del mondo nel mar io passeggi
Sempre salvo, e dispieghi alla sede
Immortale i miei vanni, e là sù
Il Divino Maestro io vagheggi,
Che in te volle sì bella virtù.

ELEGIA

Alma fides , sperandarum substantia rerum ,
Illas quae et firmas , quas capere est vetitum ,
Alma fides , salve: per te unam ab origine mundi
Ad lucem a tenebris tot rediere Patres:
Gentibus a cunctis nimium expectata , diuque ,
Orbem jam tandem fax animosa reples !
Alma fides salve : mortales quam ante colebant
Implicite , explicita en advenis ore Petri :
Ore venis siquidem Petri : prior iste fatetur
Carne sub humana jam latuisse Deum ;
Brachio in extento Satanae qui compede vinctos
Solvit , sidereas qui reseratque vias.
Utque Aquila, aethereas nimium quae assurgit in auras,
Sic penetrat Petrus regna beata Poli ;
Quod facie ad faciem Aligeris illucque videtur ,
In terris primus nuntiat ecce Petrus :
Ante et quam dicat , qui Evangelii alta fluenta
Ipsius Christi corde sacro biberat :
Est , et erat Verbum , Æternum , Patrique coaevum;
Verbum apud est Dominum; Verbum erat et Dominus:
Haec Petrus terris annuntiat , omnia Christum
Quaeque et respiciunt, utque Deum, utque hominem.
Alma fides , salve! donorum copia per te
Est homini a Petro; quae tibi digna forent?
Fundamentalis sacrae decernitur aedis
Petra Petrus, Christo dum audiit ista sibi:
En ego dico tibi , quod cum sis Petrus , in istam
Petram aedem terris aedificabo meam.
Alma fides , salve: nimium expectata refulges ;
Radices nostris ingere pectoribus ;
Es tu nostra salus; firma et velut anchora , portum
Per te , fac , Coeli tangere quisque queat.

TETRASTICHON

Magna viri laus est qui est ipse et laude decorus;
Maxima sed laus est , quae venit ore Dei.
Ergo si Petrum Christus sat laudibus ornat ;
Quisne Petri laudes aequiparare potest ?



EPIGRAMMA.

Assyriae Regi sat grandis venit imago ,
Dum placida in lecto membra quiete fovet.
Nulla ope divulsus sublimi a vertice montis
Qui labi inspicitur, parvulus inde lapis
